



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:


<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



Hypsicles was of Alexandria, & lived about
100 years before Christ. — The 14th & 15th books
of the Elements of Euclid, were supposed to
be written by him.

 Libus rarus admodum, ex dono Viri Eruditissimi & Celeberrimi
A. J. Askew M. D. 1759.



ΥΨΙΚΛΕΟΥΣ


ΑΝΑΦΟΡΙΚΟΣ.

ΗΥΡΣΙΛΙΣ

ΑΝΑΦΟΡΙΚΟΣ,

SIVE DE ASCENSIONIBVS.

Quà Græcè , quà Latinè vulgatus
per IACOBVM MENTELIVM.




PARISIIS,
EX OFFICINA CRAMOSIANA.

M. DC. LVII.

Cum Priuilegio Regis Christianissimi.

184. e. 21.





VIRO PERILLVSTRI
ATQVE OPTIMO
IACOBO
LAMBINO,
IN PRINCIPE
GALLIARVM CVRIA
PATRONO,

Iuris Legúmque peritiâ, probitate
ac eloquentiâ spectatissimo.

IACOBVS MENTELIVS
Doctór Medicus Parif.

NONNVLLAM *fortassis censuræ*
notam videbor subire, VIR CLA-
RISSIME, qui de primis tale quale hoc,
Studiorum meorum tentamentis, dicam

EPISTOLA.

an nugamentis? recreare, ac tuo sub nomine in vulgus emanare sustineam. Quasi ita distincto Latine à me Commentariolo, Te Fori Lumen insigne demereri valerem, & unà condignè Musis elegantioribus facere. Sed non ita suffenus sum certè, ut tenuem istam opellam hisce Laureis parem esse existimem. Quid porò mentis habuerim in Editione illius, iuvat aperire. Iacebat apud me situ ac puluere obductus Hypsiclis Anaphoricus, quem quondam ciuitate Romanâ donaram, quo usque nuper Erasmus Bartholinus, Danus quidem nobilis ac eruditus, Gasparis τῆ μακαρίτου filius, & Thomæ Anatomicorum aquilæ frater germanus, Mathematices nunc Regius Hassniæ Professor dignissimus, Lutetiâ transiens, me honoratum venisset. Nam tum habitis ultrò citròque sermonibus de vetustis quibusdam Liberalium Artium Scriptoribus, quorum per summam Po-

EPISTOLA.

sterorum incuriam, adhuc opera pleraque laterent: de Heliodori tandem Opticâ, quam Latio traductam cum Observationibus, hîc edere statuerat, consilium aperuit; simulque rogavit, ne vellem, ἀνέκδοτον Hypsiclem, (de quo ad eum ex aduerso iam egeram) ultra premere. Non potui sanè iuueni tam docto, tàmque humano, non morem gerere: ac prisca id Astrologiæ Ἐπι τῶν ἑξ ἑξ ἡμερῶν ἀναφορὰς in Alexandrino Climate (cuius ope Cætera dignoscentur facile) non utique publicare. En igitur, VIR PRÆSTANTISSIME, honori ac meritis ipsum dedico tuis. Patere, amabo, ea quæ admirationi magnæ sunt aliis, tantillo hoc cultu exceptum me ire. Nec ita, si placet, pudori indulgeas, quin etiam aliquid veritati concedas. Neque verò ad literarium arrhabonem istum meæ in te obseruantia singularis, tua solum me virtus appellat; sed & insuper amor,

EPISTOLA.

quo me iamdudum , pro ea , quâ ma-
des humanitate totus , haud vulgariter
amplecteris . Adeo ut , si is à me non
eliceret : hæc suo merito exprimeret . Sa-
tis tamen superque intelligo , LAMBINE
SVAVISSIME , munusculo hocce haud-
quaquam apud te liberari me posse : Sic
ut vicem propensæ meæ voluntatis po-
tiùs id fuerit ; quàm iusti officij aut te-
stimonij ullius . Vale . LVTETIÆ PA-
RISIOR. IIII. Non. Septembris An.
Æræ Christianæ M. DC. LVII.

DE HYSICLE

I

DE HYPsicLE
ET EIVS OPERIBVS

I. M.

Breue Monitum.

HYPSICLES *Alexandriâ Ægypti urbe celebri,*
natus, ibidemque ubi adoleuisset, Isidori magni
auditor, rerum potiunte Ptolomæo Physcone; Patrem
habuit hominem Matheseos bene peritum & coætaneos
in ea simul illustres Protarchum & Basilidem Tyrium,
colentem. Quorum isti dicauit, quæ tredecim Libris
Elementorum Euclidis addita, & in quartum quin-
tumque supradecimum diuisa, circumferuntur. In qui-
bus Apollonium Pergæum sequutus; exiguum ope-
ræ, ut refert ipse, impendit, quo symboli quidpiam
etiam conferret in illustranda DODECAEDRI &
ICOSAEDRI in eadem Sphæra descriptorum com-
paratione, atque inter se proportionem. Et illud quidem
eruditum ingenij Monumentum, cum eo quod ANA-
ΦΟΡΙΚΟΣ inscribitur, seu ut exemplaria quedam
volunt, ωεὶ ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΑΣ; de tanti viri
Operibus solùm superesse legimus.

A



HYPICLIS ANAPHORICVS,
SIVE

TRACTATVS
DE ASCENSIONIBVS.

PROPOSITIO I.

SI fuerint quotlibet termini æqualiter se inuicem excedentes, deinceps positi multitudine pares, excessus quo compositus ex dimidio multitudinis à maximo termino incipientis superat reliquos, est multiplex exuperantiæ singulorum secundùm quadratum abs dimidio multitudinis expositorum terminorum.

Sint quodlibet termini $a\beta$, $\beta\gamma$, $\gamma\delta$, $\delta\epsilon$, $\epsilon\zeta$, $\zeta\eta$, æqualiter se excedentes deinceps positi pluralitate pares, incipientes à maximo $a\beta$ compositus vero ex dimidio multitudinis sit $a\delta$. Dico quod excessus, quo compositus ex dimidio multi-



ΥΨΙΚΛΕΟΥΣ

ΑΝΑΦΟΡΙΚΟΣ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ. α'.

ΕΑΝ ὧσιν ὅσοι δηποτουῦ ὄροι ἐν ἴσῃ ὑπεροχῇ, ἐξῆς ἀλλήλων κείμενοι, ἀρῆποι τὸ πλῆθος, ἢ ὑπεροχῇ ἢ ὑπερέχει ὁ συγκαείμενος ἐκ τῶν ἡμίσεις τῶν πλῆθους ἀρχομένων ἀπὸ μεγίστου τῶν λοιπῶν, τῆς ἐν τοῖς πᾶσιν ὑπεροχῆς πολλαπλασίῳν ὅσῃ κτ' τὸν τετράγωνον Φ ἀπὸ τῶν ἡμίσεις τῶν πλῆθους τῶν ἐκκειμένων ὄρων.



Ἐσῶσαν ὅσοι δηποτουῦ ὄροι οἱ $\alpha \beta$, $\beta \gamma$, $\gamma \delta$, $\delta \epsilon$, $\epsilon \zeta$, $\zeta \eta$, ἐν ἴσῃ ὑπεροχῇ ἐξῆς ἀλλήλων ἀρῆποι τὸ πλῆθος ἀρχομένοι ἀπὸ μεγίστου τῶν $\alpha \beta$ ἡμίσεις δὲ τῶν πλῆθους ἔστω ὁ $\alpha \delta$.

A ij

λέγω ὅτι ἡ ὑπεροχὴ ἢ ὑπερέχει ὁ συγκαίμενος
ἐκ τῶν ἡμίσει τῶν πλήθους τῶν λοιπῶν τοῦτ' ἐστίν
ἡ ὑπεροχὴ ἢ ὑπερέχει ὁ α δ τῶν δ η τῆς ἐν τοῖς
παῖσιν ὑπεροχῆς πολλαπλασίων ὅτι κτ' $\text{\textcircled{V}}$ τε-
τράγωνον $\text{\textcircled{W}}$ ἀπὸ τῶν ἡμίσει τῶν πλήθους.
Ἐπεὶ γὰρ ἡ τῶν α β, β γ, ὑπεροχὴ ἴση ὅτι τῆ
τῶν δ ε, ε ζ, ὑπεροχῆς ἀλλὰ εἰς ἀφ' ἡ τῶν α β,
δ ε, ὑπεροχὴ ἴση ὅτι τῆ τῶν β γ, ε ζ ὑπεροχῆ.
πάλιν ἐπεὶ ἡ τῶν β γ, γ δ ὑπεροχὴ ἴση ὅτι
τῆ τῶν ε ζ, ζ η, ὑπεροχῆ. ὥστε ἡ τῶν α β, δ ε
ὑπεροχὴ, καὶ ἡ τῶν β γ, ε ζ ὑπεροχὴ, καὶ ἡ
τῶν γ δ, ζ η ὑπεροχὴ, τοῦτ' ἐστίν ἡ τῶν α δ, δ η,
ὑπεροχὴ, τῆς τῶν α β, δ ε, ὑπεροχῆς πολ-
λαπλασίων ὅτι κτ' τὸ πλήθος τῶν α β, β γ,
γ δ, ὅτι ἢ κτ' ἢ τῶν α β, δ ε, ὑπεροχὴ τῆς
τῶν α β, β γ, ὑπεροχῆς πολλαπλασίων κα-
τὰ τὸ πλήθος τῶν α β, β γ, γ δ, ὥστε ἡ τῶν
α δ, δ η, ὑπεροχὴ τῆς τῶν α β, β γ, ὑπεροχῆς
πολλαπλασίων ὅτι κτ' τὸ τετράγωνον τὸν ἀπὸ
τῶν ἡμίσει τῶν πλήθους πῶν α β, β γ, γ δ,
τοῦτ' ἐστίν κτ' $\text{\textcircled{V}}$ τετράγωνον τὸν ἀπὸ τῶν ἡμίσει
τῶν πλήθους τῶν συγκαίμενων ὁρῶν.

tudinis excedit reliquos, id est excessus
 quo $a d$ superat $d n$ multiplex est exupe-
 rantia singularum terminorum secundum
 quadratum abs dimidio multitudinis ex-
 positorum terminorum: Quoniam enim
 excessus terminorum $a\beta$, $\beta\gamma$ æqualis est
 excessu terminorum $d\epsilon$, $\epsilon\zeta$. Igitur &
 permutando excessus terminorum $a\beta$ $d\epsilon$
 æqualis est excessui terminorum $\beta\gamma$, $\epsilon\zeta$.
 Rursum quoniam excessus terminorum
 $\beta\gamma$, γd , æqualis est excessui terminorum
 $\epsilon\zeta$, ζn . Itaque excessus terminorum $a\beta$,
 $d\epsilon$, & excessus terminorum $\beta\gamma$, $\epsilon\zeta$, &
 excessus terminorum $a d$, $d\gamma$, hoc est ex-
 cessus terminorum $a d$, $d n$, est multiplex
 exuperantia terminorum $a\beta$, $d\epsilon$, secun-
 dum multitudinem terminorum $a\beta$, $\beta\gamma$,
 γd . Est autem excessus terminorum $a\beta$,
 $d\epsilon$, multiplex exuperantia terminorum a
 β , $\beta\gamma$, secundum pluralitatem termino-
 rum $a\beta$, $\beta\gamma$, γd . Igitur excessus termi-
 norum $a d$, $d n$, est multiplex exuperantia
 terminorum $a\beta$, $\beta\gamma$, secundum quadra-
 tum pluralitatis terminorum $a\beta$, $\beta\gamma$, γd ,
 id est secundum quadratum abs dimidio
 multitudinis expositorum terminorum.

H Y P S I C L I S
P R O P O S I T I O I I .


Si fuerint quodlibet termini æqualiter se excedentes deinceps positi multitudine impares, incipientes à maximo, compositus ex omnibus multiplex est medij termini secundum pluralitatem expositorum terminorum.

Sint quotlibet termini æqualiter se excedentes deinceps positi $a\beta$, $\beta\gamma$, $\gamma\delta$, $\delta\varepsilon$, $\varepsilon\zeta$, incipientes à maximo $a\beta$, sit autem eorum pluralitas impar. Dico quod $a\zeta$ ex omnibus compositus multiplex est medij termini $\gamma\delta$ secundum pluralitatem terminorum.

Quoniam enim termini $a\beta$, $\beta\gamma$, $\gamma\delta$, $\delta\varepsilon$, $\varepsilon\zeta$, æqualiter se excedunt, & est terminorum $a\beta$, $\beta\gamma$, $\gamma\delta$, pluralitas æqualis pluralitati terminorum $\gamma\delta$, $\delta\varepsilon$, $\varepsilon\zeta$, erit igitur ex æqualitate excessus terminorum $a\beta$, $\gamma\delta$, æqualis excessui terminorum $\gamma\delta$, $\varepsilon\zeta$. Igitur vterque terminus $a\beta$, $\varepsilon\zeta$, simul est multiplex termini $\gamma\delta$,

ΠΡΟΤΑΣΙΣ Β΄.

Εάν ὡσιν ὁσοιδηποτοῦ ὅροι ἐν ἴση ὑπερο-
 χῇ ἐξῆς ἀλλήλων κείμενοι, ὡριστοὶ τὸ πλῆ-
 θος ἀρχόμενοι ἀπὸ μεγίστου ὅκμ πάντων συλ-
 κείμεν \odot τῶ μέσου πολλαπλασίων ὅτι κτλ τὸ
 πλῆθος τῶ ἐκκείμενων ὀρθόν.




Εἰσωσαν ὁσοιδηποτοῦ ὅροι ἐν ἴση ὑπεροχῇ
 ἐξῆς ἀλλήλων κείμενοι $\alpha\beta, \beta\gamma, \gamma\delta, \delta\epsilon,$
 $\epsilon\zeta,$ ἀρχόμενοι ἀπὸ μεγίστου τῶ $\alpha\beta$ τὸ δὲ
 πλῆθος αὐτῶν ὡριστὸν ἔσω. λέγω ὅτι ὅκμ
 πάντων συλκείμεν \odot ὁ $\alpha\zeta$ τῶ μέζου τῶ $\gamma\delta$
 πολλαπλασίων ὅτι κτλ τὸ πλῆθος αὐτῶν.

Επὶ γὰρ οἱ $\alpha\beta, \beta\gamma, \gamma\delta, \delta\epsilon, \epsilon\zeta,$ ἐν ἴση
 εἰσὶν ὑπεροχὴ καὶ ἔστιν ἴσον τὸ πλῆθος τῶν $\alpha\beta,$
 $\beta\gamma, \gamma\delta,$ τῶ πλῆθος τῶν $\gamma\delta, \delta\epsilon, \epsilon\zeta,$ ἔσται
 ἀρα δι' ἴσου ἢ τῶν $\alpha\beta, \gamma\delta,$ ὑπεροχὴ ἴση
 πῆ τῶν $\gamma\delta, \epsilon\zeta,$ ὑπεροχὴ σωμαμφοτέρ \odot
 ἀρα ὁ $\alpha\beta, \epsilon\zeta,$ τῶ $\gamma\delta,$ ὅτι διπλασίων, ὡσε
 σωμαμφοτέρ \odot ὁ $\alpha\beta, \epsilon\zeta,$ τῶ $\gamma\delta,$ πολλα-

πλασίων ὅτι κτ' ἢ πλῆθος τῶν αβ, εζ, διὰ
 τὰ αὐτὰ δὴ καὶ σωμαφότερον ὁ β γ δ ε τξ
 γ δ πολλαπλάσιός ὅτι κτ' ἢ πλῆθος τῶν β
 γ, δ ε, καὶ ἔστιν ὁ γ δ ἴσος ἑαυτῷ ὥστε ὁ α ζ
 τξ γ δ πολλαπλάσιος ὅτι κτ' ἢ πλῆθος
 τῶν αβ, βγ, γδ, δε, εζ.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ γ'.

Ἐάν ὣσιν ὅσοιδηποτοῦ ὅροι ἐν ἴση ὑπερο-
 χῇ ἔξῃς ἀλλήλων κείμενοι ἀρπιοὶ ἢ πλῆθος ὁ
 ἐκ πάντων συγκείμενος δύο τῶν κτ' συζυγίαν
 πολλαπλάσιος ὅτι κτ' ἢ ἡμισυ τῆς πλῆ-
 θους τῶν ἐκκείμενων ὀρων.



Συζυγεῖς δὲ ἀλλήλων ὅροις καλεῖ δύο τῆς
 ἀμφοῖς καὶ πάλιν τοῖς ποσῶν ἐκκεῖμενοι δύο,
 καὶ αἰεὶ δύο, τῶν ἔξῃς μέγεθος τῶν μεσαιτά-
 των. ἔσωσαν ὅσοιδηποτοῦ ὅροι οἱ αβ, βγ,
 γδ, δε, εζ, ζη, ἐν ἴση ὑπεροχῇ ἔξῃς ἀλ-
 λήλων κείμενοι. ἀρχόμενοι ἀπὸ μεγίστου τῆς
 αβ ἢ δὲ πλῆθος αὐτῶν ἀρπιοῦ ἔσω. λέγω
 secundum

secundum pluralitatem terminorum $\alpha\beta$,
 $\epsilon\zeta$. Similique argumento & vterque ter-
 minus $\beta\gamma$, $\delta\epsilon$, est multiplex termini $\gamma\delta$,
 secundum pluralitatem terminorum $\beta\gamma$,
 $\delta\epsilon$. Et est terminus $\gamma\delta$, sibi ipsi æqualis. I-
 gitur $\alpha\zeta$ cõpositus ex omnibus multiplex
 est medij termini $\gamma\delta$ secundum pluralita-
 tem terminorum $\alpha\beta$, $\beta\gamma$, $\gamma\delta$, $\delta\epsilon$, $\epsilon\zeta$.

PROPOSITIO III.

Si fuerint quodlibet termini æqualiter
 se excedentes deinceps inuicem positi plu-
 ralitate pares, compositus ex omnibus est
 multiplex duorum coniugatè sumptorum
 secundum dimidium pluralitatis exposito-
 rum terminorum.

Coniugatos autem inuicem terminos
 voco binos extremos, & rursus iis proxi-
 mos, binos, & semper vtrimque in ordine
 binos donec ad medios peruentum sit.

Sint quodlibet termini $\alpha\beta$, $\beta\gamma$, $\gamma\delta$, $\delta\epsilon$,
 $\epsilon\zeta$, $\zeta\eta$, æqualiter se excedentes deinceps
 inuicem positi, incipientes à maximo $\alpha\beta$,

fit autem eorum pluralitas par. Dico quod terminus $\alpha \eta$ compositus ex omnibus duorum coniugatè sumptorum est multiplex secundum dimidium pluralitatis expositorum terminorum.

Quoniam enim excessus terminorum $\alpha\beta$, $\beta\gamma$, æqualis est excessui terminorum $\epsilon\zeta$, $\zeta\eta$. Igitur vterque simul terminus $\alpha\beta$, $\zeta\eta$, æqualis est vtrique simul termino $\beta\gamma$, $\epsilon\zeta$, similique argumento vterque simul terminus $\beta\gamma$, $\epsilon\zeta$, æqualis est vtrique termino $\gamma\delta$, $\delta\epsilon$, insunt igitur toti $\alpha\eta$ composito ex omnibus tot bini coniugatè sumpti $\alpha\beta$, $\zeta\eta$, $\beta\gamma$, $\epsilon\zeta$, $\gamma\delta$, $\delta\epsilon$, quota est pluralitas terminorum $\alpha\beta$, $\beta\gamma$, $\gamma\delta$, hoc est quotum est dimidium pluralitatis expositorum terminorum. Itaque $\alpha\eta$ duorum coniugatè sumptorum est multiplex secundum dimidium pluralitatis expositorum terminorum.

PROPOSITIO IV.

Zodiaco circulo in 360. circumferentias equales diuiso, vnaquæque circūferentiariū vocetur pars localis: similiter & tempore in quo Zodiacus à quolibet puncto ad idem

ὅτι ἐκ πάντων συγκαίμεθα ὁ α η , δύο τῶν
 κτ' συζυγίαν πολλαπλάσιός ἐστὶ κτ' τὸ ἡμι-
 σω πλήθους τῶν ἐκκαίδμήτων ὄρων. ἐπεὶ γὰρ ἡ
 τῶν α β , β γ , ὑπεροχὴ ἴση ἐστὶ τῆς ε ζ ζ η ,
 ὑπεροχῆ συναμφοτέρῳ ἀρα ὁ α β , ζ η ,
 ἴσος ἐστὶ συναμφοτέρῳ τῶν β γ , ε ζ , διὰ τὰ
 αὐτὰ δὴ καὶ συναμφοτέρῳ ὁ β γ , ε ζ , ἴσος
 ἐστὶ συναμφοτέρῳ τῶν γ δ , δ ε , ἔνθεν ἀρα
 τῶν α η , ὅσοιτοι συναμφοτέροι οἱ α β , ζ η ,
 β γ , ε ζ , γ δ , δ ε , ὅσον ἐστὶ τὸ πλήθος τῶν
 α β , β γ , γ δ , τοῦτ' ἐστὶν ὅσον ἐστὶ τὸ ἡμισυ
 τῶν πλήθους τῶν ἐκκαίδμήτων ὄρων . ὥστε ὁ α η ,
 δύο τῶν κτ' συζυγίαν πολλαπλάσιός ἐστὶ κτ'
 τὸν ἡμισυ τῶν πλήθους τῶν ἐκκαίδμήτων ὄρων.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ Δ'.

Τοῦ τῶν ζωδίων κύκλου εἰς τετρακοσίας
 ἑξήκοντα περιφερείας ἴσας διήρημένου, ἐκά-
 στε τῶν περιφερῶν μοῖρα ὀπικὴ καλεῖσθαι, ὁ-
 μοίως δὴ καὶ τῶν χρόνου ἐν ᾧ ὁ ζωδιακὸς ἀφ'
 ἑῖς ἔτυχε σημείου ἐπεὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον πα-
 ραγίγεται, εἰς τετρακοσίους ἑξήκοντα χρόνους

ἴσοις διηρημένοις ἕκαστος τῶν χρόνων μοῖρα
 χρονικὴ καλείσθω τούτων ὑποκείμετων χρό-
 μνοι τοῖς πρὸ γεγραμμένοις θεωρήμασιν,
 δείξομεν ὡς ἐν τῷ δοθέντι τόπῳ γινσκομένου
 τῆς λόγου ὅν ἐχθὴ ἢ μακροτάτη ἡμέρα πρὸς
 πλεῖστον βραχυτάτῳ ἡμέραν ἕκαστον τῶν ζώδιων
 γνωθῆσεται ἐν ὅσας χρονικαῖς μοίραις δια-
 φέρεται. ὑποκείσθω δὴ τὸ ἐν Ἀλεξάν-
 δρείᾳ τῇ πρὸς Αἴγυπτον κλήμα, ἐν ᾧ ἡ μα-
 κροτάτη ἡμέρα πρὸς τὴν βραχυτάτῳ ἡμέραν
 λόγον ἔχθὴ ὅν ζ πρὸς ε ὅτι γὰρ οὕτως ἔχθὴ ἐ-
 δείξαμεν χρόνοι τοῖς ἀπὸ τῶν γνωμένων γ-
 νομένων ἑσπικαῖς μεσημβριναῖς σκιαῖς.



Εκκείσθω ὁ τῶν ζώδιων κύκλος ἐν ᾧ

punctum reuertitur in trecenta sexaginta tempora æqualia diuiso , vnumquodque tempus vocetur pars temporalis.

His suppositis , vtentes iis quæ supra descripta sunt Theorematis , ostendemus quod in dato loco data ratione maximæ diei ad breuissimam , cognoscetur in quot temporalibus partibus vnumquodque signum exoritur. Supponatur igitur clima per Alexandriam Ægypti, in quo climate dies maxima ad breuissimam diem rationem eam habet quam septem ad quinque. Quod enim ita se habeat demonstrabimus , vtentes tropicis meridianis vmbriis quas Gnomones proiiciunt.

Exponatur Zodiacus circulus in quo

B iij

fit $\alpha\eta$, diameter æquinoctialis, diuidaturque circulus in signa (duodecim punctis) $\alpha, \beta, \gamma, \delta, \epsilon, \zeta, \eta, \theta, \kappa, \lambda, \mu, \nu$, fitque α principium γ, β initium δ, γ , initium π , & reliqua deinceps puncta signorum sequentium concipiuntur esse principia.

Quoniam maxima dies ad breuissimam diem rationem habet vt 7. ad 5. & est maximus dies tempus quo semicirculus post capricornum ascendit, hoc est $\delta\eta\lambda$. Breuissimæ vero diei tempus quo semicirculus post Capricornum ascendit, hoc est λ, α, δ . Igitur tempus ascensionis semicirculi δ, η, λ , ad tempus ascensionis semicirculi λ, α, δ , rationem habet quam 7' ad 5'. At circulus integer ascendit in temporalibus partibus 360'. Igitur semicirculus δ, η, λ , ascendit in temporalibus partibus 210. semicirculus vero λ, α, δ , in temporalibus partibus 150. at vero quadrans, $\delta\eta$, æquali tempore ascendit ac quadrans $\eta\lambda$. Quadrans verò $\lambda\alpha$ æquali tempore ascendit, ac quadrans $\alpha\delta$, æqualiter enim distant ab æquinoctiali. Igitur quadrans $\delta\eta$, ascendet in partibus temporalibus 105. Quadrans verò $\delta\alpha$ ascendet in partibus tem-

ισομεμενοδ διάμετρος η αη η διηρήστω ο κύκλ⊙ εἰς τὰ ζώδια κτ' τὰ αβ, γδ, εζ, ηθ, κ, λ, μ, ν, καὶ ἔστω τὸ μὲν α σημεῖ⊙ ἀρχὴ Κεκοδ. τὸ ἰ β, ἀρχὴ τῆς πύρου. τὸ δὲ γ, ἀρχὴ διδύμων, καὶ τὰ ἐξῆς σημεῖα τῶν ἐξῆς ζωδίων νοείστω. Καὶ ἐπεὶ ἡ μέγιστη ἡμέρα πρὸς τὴν βραχυτάτην ἡμέραν λόγον ἔχει ὅν ο ζ' πρὸς ε' ἢ ἐστὶ μέγιστος ἡμέρας χρόν⊙. ἐν ᾧ τὸ μὲν Ⓜ καρκίνον ἡμικύκλιον διαφέρειται τοῦτ' ἐστὶ τὸ δ η λ, ἐλαχίστης δὲ ἡμέρας χρόν⊙ ἐν ᾧ τὸ μὲν Ⓜ αἰγόκαιρα ἡμικύκλιον διαφέρειται τὸ λ α δ, ὁ ἀρὰ τῆς τῆς δ α λ ἡμικυκλίου διαφορὰς χρόνος πρὸς Ⓜ τῆς λ α δ ἡμικυκλίου διαφορὰς χρόνον, λόγον ἔχει ὁ ζ' πρὸς ε'; καὶ ὅλος κύκλ⊙ διαφέρειται ἐν χρονικαῖς μοίραις τ' ζ'. τὸ μὲν ἀρὰ δ η λ, ἡμικύκλι⊙ διαφέρειται ἐν μοίραις χρονικαῖς σ' ἢ τὸ δὲ λ α δ, ἡμικύκλι⊙ ἐν μοίραις χρονικαῖς ρν', καὶ ἐν ἴσῳ χρόνῳ; τὸ μὲν δ η τεταρτημόρι⊙ τῶ η λ, τεταρτημορίῳ διαφέρειται, τὸ ἰ λ α, τεταρτημορί⊙ τῶ α δ τεταρτημορίῳ διαφέρειται.

ἴσον γὰρ ἀπέχεται ἰσημεροῦς τὸ μὲν ἀρὰ δ
 ἢ τεταρτημόριον ἀνεχθήσεται, ἐν μοίραις
 χρονικαῖς ρέ, τὸ δὲ δ α, τεταρτημόριον ἀνε-
 χθήσεται ἐν μοίραις χρονικαῖς όέ, ὑπέρχει
 ἀρὰ άτξ ηζ, εδ, τεταρτημορίου δὐαφοραῖς
 χρόνου τξ τξ δ γ, βα, τεταρτημορίου
 δὐαφοραῖς χρόνου μοίραις χρονικαῖς λ'. καὶ
 ἐπεὶ ἐξ ὅροι εἰσὶν αἱ τξ η ζ, ζε, εδ, δ γ,
 γβ, βα, περιφερῶν δὐαφοραῖς ἐν ἴσῃ ὑπε-
 ροχῇ ἐξῆς ἀλλήλων κείμενοι, ἀρχομενοὶ ἀπὸ
 μεγίστου τξ πρὸς τῷ η (τξτο γὰρ ὑπόκειται
 τοῖς τὰ δὐαφορικὰ περιματευομένοις) ἢ
 ὑπεροχῇ ἢ ὑπέρχει ὁ συκείμενος ἐκ τξ ἡμί-
 σους τξ πλήθους ἀρχομενῶν ἀπὸ μεγίστου τξ
 λοιπῶν τῆς ἐν τοῖς πᾶσιν ὑπεροχῆς πολλαπλα-
 σίων ὅτι κτ' ἄν τετράγωνον ϕ ἀπὸ τξ ἡμί-
 σους τξ πλήθους. καὶ ἐστὶν ἢ μὲν ὑπεροχῇ τῶν
 δὐαφορῶν ἢ ὑπέρχει ὁ συκείμενος ἐκ τοῦ
 ἡμίσους τξ πλήθους ἀρχομενῶν ἀπὸ τξ μεγί-
 στου τξ λοιπῶν, μοίραις χρονικαῖς τεράκοντα. ὁ
 δὲ τετράγωνος ἀπὸ τξ ἡμίσους θ'. τὸ δὲ ἐν-
 νατον τῶν τεράκοντά εἰσι μοῖραι χρονικαὶ
 poralibus

poralibus 75. itaque tempus ascensionis quadrantis $\eta\zeta$, $\epsilon\delta$, superat tempus ascensionis quadrantis $\delta\gamma$, $\beta\alpha$, partibus temporalibus 30.


Et quoniam ascensiones circumferentiarum $\eta\zeta$, $\zeta\epsilon$, $\epsilon\delta$, $\delta\gamma$, $\gamma\beta$, $\beta\alpha$, sunt sex termini æqualiter se excedentes deinceps positi, incipientes à maximo in puncto η (hoc enim supponitur ab iis qui de ascensionibus tractauerunt) excessus quo compositus ex dimidio multitudinis; incipientes à maximo termino excedit reliquos, singulorum excessuum est multiplex secundum quadratum à dimidio multitudinis.

Est autem excessus ascensionum quo compositus ex dimidio multitudinis incipientis à maximo termino excedit reliquos, partes 30. quadratum vero à dimidio est 9. nona autem pars 30. partium est partium temporalium trium, minutorum 2'0'. Excessus igitur ascensionum in dodecatemoriis $\eta\zeta$, $\zeta\epsilon$, $\epsilon\delta$, $\delta\gamma$, $\gamma\beta$, $\beta\alpha$, est partium trium minutorum viginti.

Rursum quoniam ascensiones circumferentiarum $\eta\zeta$, $\zeta\epsilon$, $\epsilon\delta$, sunt quotlibet

termini æqualiter se excedentes deinceps
 positi numero impares : Igitur composi-
 tus ex omnibus multiplex est medij ter-
 mini secundum pluralitatem terminorum.
 Sunt autem compositi ex omnibus ascen-
 sionalia tempora. $\iota \circ \varsigma'$. pluralitas autem
 circumferentiarum $\eta \zeta$, $\zeta \epsilon$, $\epsilon \delta$, tria.
 Tertia autem pars $\iota \circ \varsigma'$. est $3 \varsigma'$: Igitur cir-
 cumferentia $\epsilon \zeta$, quæ est signi Leonis af-
 cendit in partibus temporalibus $3 \varsigma'$. pro-
 pter eadem utique referetur circumfe-
 rentia $\beta \gamma$, quæ est γ in partibus tem-
 poralibus $2 \varsigma'$. Circumferentiarum dein-
 cept sequentium ascensiones se inuicem
 excedunt partibus temporalibus tribus,
 minutis 20. Igitur ν ascendet in partibus
 temporalibus 21. minuti 40. γ vero in
 25. π 28. 20. θ in 31. 40. ρ in 35. μ in
 38. 20. Et in tempore æquali circumfe-
 rentia $\zeta \eta$ circumferentiæ $\delta \eta$, $\epsilon \zeta$. verò
 $\delta \kappa$, & quæ æqualiter distant ab æquino-
 ctiali æquali tempore ascendent. Igitur
 ascendet μ in partibus 31. 20. η in 35. σ
 in 31. 40. τ in 28. 20. ω in 25. χ in 21.
 40.

κ'γ', ἢ ἀρ'α τῶν ἐν τοῖς ηζ, ζε, εδ, δγ, γβ,
 βα, δωδεκατημορίοις ἀναφορῶν ὑπεροχῇ
 ὅτι κ'γ', πάλιν ἐπέδῃ ὅροι ὅσοιδηποτοῦν εἰσιν
 αἱ τῶν ηζ, ζε, εδ, περιφερῶν ἀνα-
 φοραὶ ἐν εἰσῇ ὑπεροχῇ ἐξῆς ἀλλήλοις κεί-
 μνοι περιασὶ τὸ πλῆθος ὅ ἐκ παντῶν συλ-
 κείμνος τῶν μέζου πολλαπλασιός ὅτι κ'τ' τὸ
 πλῆθος αὐτῶν κ' ἐστὶ τῶν μὲν ἐκ παντῶν συλκει-
 μνῶν ἀναφορῶν ρ'ε' τὸ δὲ πλῆθος τῶν ηζ, ζε,
 εδ, πείρα· τὸ ἴσον τῶν ρ'ε'. λ'ε', ἢ ἀρ'α εζ, πε-
 ριφέρεα, ἢ τις ὅτι λέοντος ἀνενεχθήσεται ἐν
 μοίραις χρονικαῖς λ'ε'. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ κ' ἢ β
 γ, ἀνενεχθήσεται ἢ τις ὅτι ταύρου ἐν μοίραις
 χρονικαῖς κ'ε', καὶ ὑπερέχουσιν ἀλλήλων αἱ.
 τῶν ἐξῆς περιφερεῖ ἀναφοραὶ μοίραις χρο-
 νικαῖς μ'. ὁ μὲν ἀρ'α κρίθ' ἀνενεχθήσεται
 ἐν μοίραις χρονικαῖς κα', μ', ὁ δὲ ταῦρ' ἐν
 κ'ε'. δίδυμοι δὲ ἐν κ'η'. κ'. καρκίν' ἐν
 λα'. μ'. λέων δὲ ἐν λ'ε'. ὄρνιθ' ἴσον ἐν λ'η'.
 κ', καὶ ἐν ἴσῳ χρόνῳ· ἢ μὲν ζ'η, τῆ' θ'η, ἢ ἴ
 εζ, τῆ' θ'κ' καὶ αἱ ἴσον ἀπέχουσιν ἐν ἴσῳ
 χρόνῳ ἀναφέρονται.



Ανενεχθήσεται ἀρα. ζῦγος μὲν δὴ λή. κ'.
 σκορπιῶ δὲ ἐν λέ. τοξότης ἢ ἐν λα, μ' αἰζό-
 κερως δὲ ὄν κη. κ'. υδροχόῳ δὲ ἐν κε', ἰχ-
 θύες δὲ ἐν κα'. μ'. Φανεραὶ ἢ καὶ αἱ τῶν ζώ-
 δίων καταδύσεως ἔσονται ἐπεδήπερ ἐνός οὐδέ-
 ποτε ζωδίου ἀναφορὰ ἰση ὅτι τῆ τῆ κτ' δια-
 μετρῶ ζωδίου καταδύσεως.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ε'.

Τῆς ὑπεροχῆς γιγνομένης ἢ ὑπερέχουσιν

Erunt autem cogniti & signorum occasus, quoniam vniuscuiusque signi ascensio æqualis est descensionis signi oppositi.

PROPOSITIO V.

Cognito excessu, quo se inuicem supe-

C iij

rant ascensiones duodecim signorum Zodiaci deinceps positorum cognoscentur & partium vniuscuiusque signi tricesimarum deinceps positarum ascensiones in quo sint excessu.

Exponatur Zodiaci circuli dodecatemoria deinceps inuicem posita $a\beta$, $\beta\gamma$. Et $a\beta$ ascendat in maiori tempore quam $\beta\gamma$.

Initium verò ascensionis sit a punctum. Igitur ascensio dodecatemorij $a\beta$, excedit ascensionem dodecatemorij $\beta\gamma$ partibus temporalibus tribus minutis viginti. Dico quod in dodecatemoriis $a\beta$, $\beta\gamma$, æqualiter se excedunt ascensiones tricesimarum partium incipientes à maximo in a . Igitur excessus quo compositus ex dimidio multitudinis excedit reliquos, est multiplex exuperantiæ omnium terminorum secundum quadratum à dimidio multitudinis terminorum. Est autem dodecatemorum $a\beta$, & $\beta\gamma$, excessus partes

ἀλλήλων αἱ τῶν ἐξῆς δωδεκατημορίων τῶν
ζωδιακοῦ ἀναφοραὶ, καὶ τῶν ἐν τοῖς δωδε-
κατημορίοις τετακτομένων τῶν ἐξῆς ἀλ-
λήλοις κειμένων γωαθήσονται αἱ ἀναφοραὶ,
ἐν ἧ εἰσὶν ὑπεροχῇ, ἐκκεῖθεν τῶν τῶν ζωδίων
κύκλου δωδεκατημορία ἐξῆς ἀλλήλοις τὰ α
β, β γ, καὶ ἐν πλείονι χρόνῳ τὸ α β τῶν β γ
ἀναφερέσθω.



Ἀρχὴ δὲ τῆς ἀναφορᾶς ἔστω τὸ α σημεῖον.
ἢ ἀρὰ τῶν α β δωδεκατημορίου ἀναφορᾶ τῆς
τῶν β γ δωδεκατημορίου ἀναφορᾶς ὑπερέχει
μοίραις χρονικαῖς γ γ', λέγω δὴ ὅτι τῶν ἐν
τοῖς α β, β γ, δωδεκατημορίοις τετακτομε-
ρίων τῶν ἐξῆς ἀλλήλων κειμένων ἀναφορᾶν
ἀπὸ μεγίστου τῶν πρὸς τῷ α γωαθήσονται αἱ
ἀναφοραὶ ἐν ἧ εἰσὶν ὑπεροχῇ. Ἐπεὶ γὰρ ἐν τοῖς
α β, β γ, δωδεκατημορίοις αἱ τετακτομε-
ρίων ἀναφοραὶ ἐν ἴσῃ εἰσὶν ὑπεροχῇ ἀναφ-
ερέσθω ἀπὸ μεγίστης τῆς α, ἢ ὑπεροχῇ ἢ ὑπε-

ῥέχθ' ὁ συγκείμενος ἐν τῷ ἡμίσει τῷ πλήθει
 τῷ λοιπῶν πολλαπλασίῳ ὅτι τῆς ἐν τοῖς πᾶ-
 σιν ὑπεροχῆς καὶ $\textcircled{\alpha}$ τετράγωνον ἢ ἀπὸ τῷ
 ἡμίσει τῷ πλήθει τῷ ἐκκειμένων ὄρων· καὶ
 ἔστιν ἢ μὲν τῷ $\alpha\beta$, $\beta\gamma$, ὑπεροχὴ μείρας
 χρονικαῖς $\gamma\gamma'$, ὁ δὲ τετράγωνος ἀπὸ τῷ ἡ-
 μίσει τῷ πλήθει ὅτι β . τὸ δὲ τῷ $\gamma\gamma'$ ἐν-
 νεακοσιόν ὅτιν γ , κ' , $\iota\gamma'$, κ' . ἢ ἀρὰ ζητου-
 μὲν ἁναφορικὴ ὑπεροχὴ ἢ ἐν τοῖς δωδεκα-
 τημορίοις τετακοσημορίων τῶν ἐξῆς ἀλλήλοις
 ὅτιν $\iota\gamma'$, γ' , $\iota\gamma'$, κ' .

ΠΡΟΤΑΣΙΣ 5'.

Τοῦ τῷ ζώδιον κύκλου δωδεκατημορίου
 οὗ διποθεῖται κωριζομένου ἐν ὅσας χρο-
 νικαῖς μείρας ἀναφέρεται· γνωσκομένης δὲ
 καὶ τῆς ἀναφορικῆς ὑπεροχῆς ἢ ὑπερέχουσι
 αἱ τῷ ἐν τοῖς δωδεκατημορίοις τετακοση-
 μορίων ἢ ἐξῆς ἀλλήλοις κειμένων ἀναφορᾶν
 καὶ ἕκαστον τῶν τετακοσημορίων γνωσθήσεται
 ἐν ὅσῳ χρόνῳ ἀναφέρεται.

Εκκείδω τὸ τῷ Κελος δωδεκατημορίον τὸ
 temporales

temporales tres, minuta viginti: Quadratum verò ab dimidio multitudinis est 900.

At verò pars nongentesima partium 3. 2'0. est 13. 2'0'. Igitur excessus ascensionalis quæsitus partium vniuscuiusque signi tricesimarum deinceps* positarum est 70'. 70'. 13'. 20'.

* *Aduertat lector, quod post ἀλλοις in Græco cō-textu, hic è regione impresso; vox κίμινω, addi oporteat: (positarum Latine vertimus)*

PROPOSITIO VI.

Cognito quolibet signorum circuli dodecatemorio in quot temporalibus partibus ascendat: cognito etiam ascensionali excessu, quo se inuicem excedunt, partium vniuscuiusque signi tricesimarum deinceps positarum ascensionales, cognoscetur & in quanto tempore ascendat vnaquæque pars tricesima.

Et quod etiam legendum sit ο'ο. vice 17. γ.


Exponatur dodecatemorion Arietis α β, (nihil autem intererit, etsi quodli-

D

bet aliud supponamus) igitur dodecatemorion $\alpha\beta$, ascendit in partibus 21. 40'. oportet inuenire in quanto tempore ascendat vnaquæque pars tricesima signi $\alpha\beta$.

Sit $\alpha\gamma$, pars prima $\delta\beta$, verò vltima tricesimarum signi $\alpha\beta$. Et quoniam sunt quodlibet termini (scilicet ascensiones partium dodecatemorij $\alpha\beta$, tricesimarum deinceps positarum) æqualiter se excedentes pluralitate pares, incipientes à maximo $\alpha\gamma$. Compositus igitur ex omnibus est multiplex duorum coniugatè sumptorum, secundum dimidium multitudinis expositorum terminorum. Com-

αβ (οὐδὲν ἢ διοίστῃ καὶ ἐὰν ἄλλο ὑποδά-
 μεθα) τὸ αβ, ἀρὰ δωδεκατημοῖεⓈ δια-
 φέρεται ἐν μοραῖς χρονικαῖς κ'α', μ', δεῖ δὴ
 ὑρεῖν καὶ ἕκασον τῶν ἐν τῷ αβ δωδεκατη-
 μορίῳ τετακτομορίων ἐν πόσῳ χρόνῳ δια-
 φέρεται.



Ἐστω α μὲν τετακτομοῖεⓈ, τὸ α γ, ἕ-
 γχατον δὲ τὸ αβ, καὶ ἐπεὶ ὅροι ὅσοιδηποτοῦ
 εἰσιν αἱ τ̃ ἐν τῷ αβ δωδεκατημορίῳ τετα-
 κτομορίων τ̃ ἐξῆς ἀλλήλοις κειμήτων διαφο-
 ραῖ ἐν ἴσῃ ὑπεροχῇ, ἀρπιοὶ τὸ πλῆθος ἀρχο-
 μῶν ἀπὸ μεγίστου τῶν α γ, ὁ ἐκ πάντων τῶν
 ὑποκειμένων συγκείμενος δύο τῶν κτ̃ συζυ-
 γίαν πολλαπλάσιός ἐστι κτ̃ Ⓢ ἡμισυ τῶν
 πλῆθους τῶν ἐκκειμένων ὄρων, καὶ ὁ μὲν ἐκ

D ij

πάντων τῶν ὑποκείμενων ὅτι κ' α', μ' α', ὅ ἢ
 ἡμῖς τῶν πλήθους μ' ε', α' δὲ μ' α' τῶν κ' α', μ'
 γίνονται α'. κ' σ', μ', σωμαφότερον ἄρα
 ἢ α γ, δ β, ἀνεχθήσεται ἐν μοίραις χρονι-
 καῖς α', κ' σ', μ'.

Πάλιν ἐπεὶ αἱ τῶν ἐν τῷ α β, δωδεκα-
 τημορίῳ περιφερειῶν διαφοραὶ ἐν ἴσῃ εἰσὶν
 ὑπεροχῇ ἀρχόμεναι ἀπὸ μεγίστης τῆς α γ καὶ
 ἐστὶ περὶ μὲν ἢ α γ, ἐλάττη ἢ δ β ὑπε-
 ρέχει ἢ α γ τῆς δ β α' θ', ὑπεροχαῖς ταῖς α-
 γ α' γ', κ', αἱ δὲ ἴσαυται ὑπεροχαὶ αἱ ἀνά
 σωματεῖσαι γίνονται ὀ, σ', κ' σ', μ', ὥστε καὶ
 ἢ τῆς α γ διαφορᾶς ὑπεροχῇ πρὸς πῶ δ
 β, ὅτιν ὀ, σ', κ' σ', μ', καὶ σωμαφότερον ἢ
 α γ, δ β, διαφοραὶ ἐν μοίραις χρονικαῖς
 α', κ' σ', μ', ἢ μὲν ἄρα α γ, ἀνεχθήσεται
 ἐν ὀ, μ' σ', λ' γ', κ', ἢ ἢ δ β, ἐν ὀ, μ', σ', μ',
 τούτων ἢ ἀρημεύων καὶ γνωσκομένης τῆς ἐν
 ταῖς ἐξῆς περιφερείαις διαφορικῆς ὅ ὅτιν
 οὐδὲν ὀ, γ', κ', καὶ αἱ λοιπαὶ γνωσθήσονται
 ἐφ' ὅσω χρόνῳ ἀναφέρονται.

Θ Ε Λ Ο Σ.

positus autem ex omnibus est partium 21. 41' : dimidium verò multitudinis est 15. Est autem 1. gradus 26'. 40'. pars decimaquinta 21. 40. vtraque igitur circumferentia $\alpha\gamma$, $\delta\beta$, simul sumpta ascendet in partibus temporalib. 1. 26. 40.

Rursum quoniam circumferentiarum tricesimarum signi $\alpha\beta$, ascensiones æqualiter se excedunt, incipientes à maxima $\alpha\gamma$. Estque prima quidem $\alpha\gamma$, vltima $\delta\beta$. Igitur $\alpha\gamma$ excedit $\delta\beta$ excessibus 2' 9'. qualium vnus est 13. 20. Tot vero (13. 20.) excessus compositi fiunt 70. 6'. 26'. 40". Itaque & circumferentiæ $\alpha\gamma$, excessus supra circumferentiam $\delta\beta$ est 70. 6. 26. 40. Est autem vtriusque $\alpha\gamma$, $\delta\beta$, circumferentiæ simul sumptæ ascensio in partibus temporalibus 1. 26. 40. Igitur circumferentia $\alpha\gamma$ ascendet in 70. 46'. 33. 20. circumferentia verò $\delta\beta$, in 70. 40. 6. 40. His autem inuentis, & cognito in circumferentiis deinceps positus excessu ascensionali, qui est 70. 13. 20. & quanto in tempore ascendant reliquæ, cognitum erit.

Hypsiclis de Ascensionibus finis.

Annotatio Interpretis.

NE hanc, iuxta ac sequentem proximè paginam, inanem esse sinamus: vel potiùs (quod cane peius & angue semper fugimus) parùm ingenui dicamur ipsi; reticere non possumus nec debemus, nos Circuli, qui supra depictus est, pagina nempe vigesima Opusculi huius, numeros, ad limam Salmasij emendasse. Neque enim, (fatemur liberè) ita designantur in nostro, aut in Regiis duobus bonæ notæ Codicibus, quorum nobis vsuram is dedit, qui suo merito, nunc Regi Christianissimo est à Bibliothecis, Illustriss. Archimandrita COLBERTVS, homo & sapientissimus & humanissimus. Sed fortè quis locum à nobis desideret, quò ille Vir magnus, nostræ Varro ætatis, Cl. Salmasius, hanc Emendationem protulerit. Vnde hîc totum describere placuit, ut est in eius Diatriba de Annis Climactericis, pag. 688. *In Hypsicte, inquit, ἀναφορικῶς, quod in Pluteis Bibliothecarum reconditum seruatur, extat Circuli figura in duodecim partes lineatim diuisi, cum signorum duodecim nominibus, & eorum anaphoris ad Clima Alexandria constitutis, quamuis qui descripsit ad oram adnotauerit: ἐλφαλιδύως καὶ ἀγραφήναι ὡς εἰ δεχέτω πω σημεῖωται: facile tamen nobis fuit numerorum errata corrigere, cùm ex quibusdam certum sit, descriptas ibi*

ANNOTATIO INTERPRETIS. 31

esse αἰαφοεῶς Climatis primi, ut tunc habebatur, hoc est δι' Ἀλεξάνδρειας. De eo enim dubitare non sinit αἰαφοεῶς Tauri notata numero κε', & Leonis λε'. Qui numeri anaphorici in aliud Clima non quadrant. Reliquos numeros ad hanc normam emendare pronum fuit. Sed & Geminis αἰαφοεῶς in eo tribuitur κη'. γ'. qui sunt anni viginti octo cum tertia parte anni, id est quatuor mensibus, quod de gradibus non potest accipi. Alij pro eo ponunt κη'. μ'. Viginti sunt anni & viginti anni partes. Etiam Virgini & Libræ, qui sunt ἰσαἰαφοεῶς signa in eo schemate Hypsicleo numerus tribuitur, λη'. γ'. non sunt graduum numeri, sed annorum. Triginta octo anni cum parte 3. Apud alios scriptum est λη'. μ'. Quod de graduum numero interpretatus est Scaliger, cum sint anni triginta octo, & quadraginta anni partes, ex sexaginta, quæ annum integrum absoluunt. Duo sunt anni trientes, quod δὲς τρίτων Mathematici Græci interdum appellant. Non igitur hæc inter se conueniunt, ut putauit Scaliger Ascensionum vetustarum schema cum castigatis à Ptolemæo, quia in antiquo diagrammate anaphorico Climatis Ægyptiaci per annos anaphoræ supputatæ sint. In eo verò quod Ptolemæus emendauit per gradus, siue μοίρας. Et verissimè admonuit Porphyrius, cum tantum sit discrimen antiquarum in Signis anaphorarum cum Ptolemæica & emendata ratione, nullo modo hæc ad eò diuersa αἰαφοεῶς inter se posse conuenire, nec partitionem Temporum anaphoricorum ex priore methodo cum recentiore conciliari. Hæc Salmasius.

Summa Priuilegij Christianissimi Regis.

LUDOVICI XIV. Franciæ & Nauarræ Regis Christianissimi, Diplomate cautum est, ne quis in ipsius regno, aliisve locis eius ditioni subiectis, intra proximos nouem annos, à die impressionis perfectæ prima inchoandos, excudat, vendat, vendendum excudendumque quouis modo ac ratione curet Librum, qui inscribitur, *Damiani Philosophi Heliodori Larissæi de Opticis Libri duo, &c. Græc. Lat.* præter Sebastianum Cramoisy Regis & Reginæ Architypographum, Regiæ Typographiæ Governatorem, necnon Urbis Exconsulem, aut aliis, quibus ipsemet concesserit; sub pœnis originali Diplomate contra delinquentes expressis. Lutetiæ Parisiorum, die 29. Iulij anno 1655. Sic signatum,

CRAMOISY.

Hac prima editio perfecta fuit ultima Iulij 1657.

